

Nazareth dicitur et
dicitur a helin.

Dominica prima post Epiphania
sermo primus.

Quoniam factus esset ihesus
annorum duodecim.
Ascendentibus illis iherosolimam
secundum consuetudinem
diesi festi. Luc. ij. Secundum be-
atum Augustinum non solum verbi
verba sunt nobis documenta: sed
etiam verbi facta sunt nobis exem-
pla. Et ideo sic se habet que hic di-
ctavel facta sunt a verbo eterno. Sed
ista verba non solum nobis sunt i-
documentum instructionis: sed etiam
in exemplum imitationis. In prese-
nti euangelio instruit mater matres
qualiter se debeant habere ad fili-
os. Instruit filios qualiter se
debeant habere ad parentes. In-
struit mater a filio omnes alios
qualiter se debeant habere ad seip-
sum. Instruit matres quod ad filios
habeant discretum amorem: timorem
et correctionem. Tunc amor matris est
discretus ad filium quoniam cum a pueritia im-
buit disciplinis salutaribus: sicut
virgo mater filium imbuebat quod
puer ad dei festa ducebat. Prece-
ptum enim fuerat filiis israel Exo. 8.
xxij. quod ter in anno. scilicet in aprilis in
mense et septembris tria festa celebra-
rent. scilicet pascha. pentecoste. et terno-
phagia. et in iherosolima ad templum
domini oblationes delaturi venissent.
Et quis longe positi a duabus festi-
uitatibus per minoribus causis pote-
rant remanere. tamen a festo pasche

nullus se poterat excusare nisi casus
inevitabilis interueniret. Et quia
ista erat paschalis solemnitatis. ioseph
et maria iherosolimam ascen-
derunt a puerum secum ad templum dei
duxerunt. Sed sunt multe mulieres que
filios suos vel filias ducunt ad
choreas citius quam ad ecclesiam. Nolunt
enim eas ducere ad choreas dei que fi-
unt in ecclesiis. Proueniunt
principes iuncti psallentibus in me-
dio iuueculaztimpamistriaz du-
cunt eas ad choreas mundibilis pu-
ella saltavit a iohanne baptista
decollari fecit. Tandem ducuntur ad
choreas infernibilis de calore in fri-
gorem. et de frigore in calorem perpetue
saltabunt Job. xxxij. Ad calorem
nimium transeunt ab aqua nivium. Et
nihilominus preuidentur choreis ce-
lestibus dicitur Qui pascis me filia
septem choreis virginum. Secundo
mater de filio debet habere magnum
timorem. ne. scilicet in potestate dyaboli
veniat. Beata igitur virgo sicut dicit
glosa timuit ne sicut herodes fili-
um suum infantem occidere voluit.
sic factum iam puerum alij occiderent
Timebat igitur et dolebat ne for-
te in potestate atchelai filij herodis
deueniret. Sed multe sunt ma-
tres que sciunt filios suos ab he-
rode id est a demone iam occisos et
parum dolere videntur. Dolet ma-
ter filij si lupus asportat porcum
suum et non dolet si lupus infernal au-
feret filium suum. Dolet si cadat asinus
et non dolet si cadit filius.

Timor

int. 4. c. 1. f.

Bernardus. Cadit asina est qui
fleuat: perit anima et non est qui
curat. Sed multum matres iste dole-
bunt quando filios suos ad infer-
nale patibulum coram suis oculis
duci videbunt. Et eis dici poterit lu-
ce xij. ffilie iherusalem nolite fle-
re super me: sed super vestras fle-
re et super filios vestros. fflebunt si-
quidem super christum ut inducant eum
ad compassionem. fflebunt super
seipsas. quia non adhibuerunt er-
ga filios suos debitam correctionem
fflebunt super filios quos videbunt
traditos in eternam damnationem.
Primas igitur lacrimas dominus
remouet. ne scilicet super ipsum plorent.
quia non possunt ipsum ad misericor-
diam inclinare. Alias duas credunt
scilicet plorent super seipsas et super fili-
os suos. Ac si dicat dominus. Noli-
te flere super me quia nunquam me ad mi-
serendum filiis vestris inclinare po-
teritis. sed flete super vos. quia filios ve-
stros non correxistis et super filios
vestros quos in perpetuo tormento
videbitis. Tertio debent matres er-
ga filios habere debitam correctio-
nem quod notatur in hoc quod beata vir-
go dixit filio. ffili quid fecisti no-
bis hic et ac. Non enim filio maledi-
cit: nec contumaciatur: sed rationem facti
querit. Quod est contra multos pare-
tes qui filios nimis exaspant: su-
per eos nimis clamant. nimis eos
vituperant. Epistolam v. Et vos patres no-
lite ad iracundiam prouocare filios
vestros. Mansueti enim filij cori-

piendi sunt cum lenitate. mali cum
seueritate. Omnes autem cum mentis
tranquillitate et cum discretionem. i.

Thi. iij. Argue obsecra in omni pa-
tientia et doctrina. Mali autem sunt
arguendi et increpandi. boni autem
obsecranda. Omnes autem cum pa-
tientia toleranda et cum doctrina
cum discretionem moderandi.

Secundo filii instruit filios quali-
ter se habere debeant ad patres
Habet autem homo tres patres
scilicet celestem spiritualemente carnalem
Puer ergo iste ad patrem celestem
se habuit euenter. quia ipse eius
negotia parentibus carnalibus pre-
ponebat dicens. Quid est quod me
queratis? nesciebatis quod in his
quod patris mei sunt optet me esse? Au-
gustinus. Amandus est generator: sed
proponeus est creator. Secundo ad
patres spirituales et ad legis doctores
se habuit sapienter et hoc in tribus
in quibus volentes ad discere instruit
et informat. Primo in eo quod eos tam-
quam nescientes audiebat Sa. vii. Si di-
lexeris audire sapientiam: sapientior eis
Secundo in eo quod tamquam discere cupiens
eos interrogabat. Deuter. xxxij. In-
terroga patrem tuum et annuntiabit
tibi: maiores tuos et dicent tibi.
Tertio in eo quod ex auditis et inter-
rogatis informatis sapienter re-
spondit Ecclesia. decimo. Si est tibi
intellectus responde sapienter
primo. Tertio ad parentes car-
nales se habuit obedienter. cum
hic dicitur. Et erat subditus illis.

no

no recto.

no

no

Quis quibus de hominibus. Augustinus. Erutescat ergo homo esse superbus quia deus factus est humilis. Et in hijs instruimur quod ad patrem celestem debemus nos habere cum reuerentia ad patrem carnalem cum obedientia ad spirituales prelatos cum subiectione deuota. In hoc reprehenduntur quidam subditi qui habentes prelatos minus peritos eis subici de dignantur. Petrus qui interpretatur agnoscens seruo pontificis apertauit auriculam quia scientia in clerico a religioso sepe aufert obedientiam. Tercio mater et filii instruunt nos omnes qualiter nos ad nos ipsos habeamus. Et hoc quinque modis. Primo ut ad ecclesiam libenter eamus quod notatur per hoc quod Christus ad templum fuit ductus et in templo inuenitur. Libenter enim bonus filius in domo patris sui moratur. Unde ueniens iherusalē primo ad templum ibat. Crisostomo. Proprium est boni filii ut ueniens iherusalē primum curret ad domum patris. Ille enim qui libenter in ecclesia stat signum est quod sit filius dei quod stat in domo patris sui. Ille enim qui libenter stat in tabernaculo signum est quod sit filius dyaboli. Quia in domo patris sui moratur. Secundo ut usque ad finem sacri misterij in ecclesia persistam quod notatur in hoc quod dicitur. Consumatisque diebus etc. Sed multi sunt errantibus fatigati. Refert Gregorius in dialogo de quodam monacho qui in oratione stare non poterat quod sanctus benedictus vidit dyabolum quasi in forma pueri ipsum per fimbriam vestimenti extrahentem. Sicut enim angelus deuotos ad ecclesiam adducit. adductos custodit. eductos ad propria reducit. iuxta illud iudith. xiiij. Custodiuit me angelus domini et illic euntem et ibi commorantem. et inde huc reuertentem. Sic dyabolus quosdam ad ecclesiam adducit ut mulieres aspiciant quosdam ibi retinet ut varijs rumoribus insistant. quosdam recedere facit ne officium usque ad confirmationem audiant. Tercio ut turbas fugiamus si Christum amittere nolumus. Sancta enim uirgo filium in turba perdidit. Legitur in uita patrum quod quidam uir sanctus in oratione quesuit qualiter homo posset fieri deo acceptus. Et audiuit uocem sibi loquentem. Sede. tace. fugeque homines. Legitur Luce de zacheo quod zacheus in turba existens iherusalem uidere non poterat. Sed in domo sua quiescens. conspexit. Interrogatus quidam philosophus quid esset homini magis inimicum. Respondit. Alter homo. Quarto ut uerba dei corde retineamus quod notatur per hoc quod dicitur. Maria conseruabat omnia uerba hec. Verba enim in corde recondita tria faciunt. Primo enim a peccatis nos retrahunt. Unde dicit Psalmista. In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi et cetera. Ad

erat quod sanctus benedictus vidit dyabolum quasi in forma pueri ipsum per fimbriam vestimenti extrahentem. Sicut enim angelus deuotos ad ecclesiam adducit. adductos custodit. eductos ad propria reducit. iuxta illud iudith. xiiij. Custodiuit me angelus domini et illic euntem et ibi commorantem. et inde huc reuertentem. Sic dyabolus quosdam ad ecclesiam adducit ut mulieres aspiciant quosdam ibi retinet ut varijs rumoribus insistant. quosdam recedere facit ne officium usque ad confirmationem audiant. Tercio ut turbas fugiamus si Christum amittere nolumus. Sancta enim uirgo filium in turba perdidit. Legitur in uita patrum quod quidam uir sanctus in oratione quesuit qualiter homo posset fieri deo acceptus. Et audiuit uocem sibi loquentem. Sede. tace. fugeque homines. Legitur Luce de zacheo quod zacheus in turba existens iherusalem uidere non poterat. Sed in domo sua quiescens. conspexit. Interrogatus quidam philosophus quid esset homini magis inimicum. Respondit. Alter homo. Quarto ut uerba dei corde retineamus quod notatur per hoc quod dicitur. Maria conseruabat omnia uerba hec. Verba enim in corde recondita tria faciunt. Primo enim a peccatis nos retrahunt. Unde dicit Psalmista. In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi et cetera. Ad

et ex dicitur

hinc

Secundo

velociter currendū ad feruēter
operandū nos incitant. Ecclē. xij
Verba sapientū quasi stimuli.

Tertio ad amorem dei nos accen
dunt. Ps. Sagitte potentis acute
cū carbonib⁹ desolatorijs. Quin
to vt semp de bono in melius pfi
tiamus etate: sapientia a gratia
apud deū a homines. Sic a nos
proficiam⁹ p etatem. Delem⁹ enī
pficere etate. s. de virtute i virtute;
ite. Ps. Ibūt de virtute in virtute
a ceterā. Delem⁹ etiā pficere in sa
pientia v sapida scientia vt spiri
tualia nobis sapiāt a terrena de
sipiāt. Vnde Greg. Gustato spū
desipit omnis caro. Ecclē. vi. etia;
simile de sapientia dic. Et sermonē
ei seruare. Delem⁹ etiā pficere
apud hōmes in gratia v in graci
osa fama Math. v. Sic luceat lux
vestra corā hōimib⁹ ac Et sic eri
m⁹ virtuosī quo ad nos sapien
tes quo ad dñm. a gratiosi quo
ad proximū.

¶ Sequitur sermo secūdb⁹ eius de

Remāsit puer ihesus i ihe
rusalēac. vbi sup̄. Quia
multi sūt qui pdūt ihesū
igitur vtile est scire p que p dicitur
sed vtili⁹ est scire per que p dicitur
recuperatur. vtilissimū vero est sci
re ea p que ihesus recuperatus cu
stoditur. Sūt quedā p que ihesus
amittitur a illa sunt quatuor. Pri
mo quidē amittitur p ineptam le

ticiam qd notatur in hoc q beata
virgo de terra sua expulsa i egip
tum fugata in tanta tribulacōne
posita filiū non perdidit. s. post q
ad festiuitates iuit xpm amisit.
Per qd datur intelligi q ihesus
sepe in aduersitate custoditur. a
in psp̄ritate p dicitur. Ecce dauid a
saule persecutus deum non deseru
it. postmodū gubernacula regni
suscipiens in adulteriū a homici
dium cecidit. Prosperitas enī mū
dana est sicut vinum purum qd
cito inebriat: sed aduersitate ad
mixta est sicut vinum aqua mix
tum quod sobrietatem generat.
Ad littera; enim in festiuitatib⁹
magnis ihesus sepe perditur. a;
enim iustitute fuerint ad vtilitate
animarum: nunc homines ea cō
uertunt ad voluptates corporum
Tales au xpm festiuitates a deo re
probantur. Amos quinto. Odi
uī a proieci festiuitates vestras:
quasi dicat Vestre sūt a nō mee:
ymo ab ipso deo in quanda; ab
hominacionem habentur. Mala
chie secundo. Dispergam sup vul
tum vestrum stercus festiuitatu;
vestrarum. A demomb⁹ deriden
tur. Trenorū secundo. Viderunt
eam hostes a deriserunt sabba
ta eius. Secundo amittitur per
desideriū a distractionem nimia;
quod notatur p hoc q pntes euz
amiserūt ex hoc q a iherusalē re
cesserunt a se turbis immiserunt.
Qui enī a tranquillitate cordis re

1 qd nō m di
Ihesus p h
chur

Ihesus p dicitur

cedit a dat se tumultui mundane
 turba comis. de facili ipsum p dicit.
 Legitur. p. Reguz. xvij. q. Helias
 manes in solitudine delicate a do
 pascebatur sed ad turbas se tuis
 fere nsvix aquam a bucella pa
 nis obtinuit. quia qd diu homo e
 inquiete. interna delectatione pa
 scatur: sed manens in turbatione
 tali visitacone priuatur. Hinc est
 etiā qd filij israhel manna recipe
 no potuerunt nisi postq mare tū
 sicunt. qz nullus potest recipere
 spiritualem dulcedine nisi transe
 at mentis turbationem. Tercio
 amittitur p vanam fidutiam. Vi
 ri em ad festiuitates ibant seorsū
 a mulierib9. Pueri autez poterāt
 ire cum vtroqz parentum. Et ideo
 ioseph credebatur qd eet cū mīe. a
 coū a sic ipfū ex tali fidutia ami
 seunt. Quidam enim nimis con
 fidunt in suo sefū a sua sapientia
 sed nemo est salomone sapienti
 or qui tamen deceptus fuit. Qui
 da; nimis in sua fortitudine a cō
 stantia; sed nemo sampsonē for
 tior a petro constantior qui dixit
 Mathei vice simo septimo. Domie
 team sum paratus in carcerem a
 in mortem ire vterqz tamē cecidit
 Quidam in diuitiarum tempora
 lum a spiritualium opulentia; s
 nemo diuite illo qui iduebatur
 purpura a bisso temporalit dicit
 or. a nemo dauid locupletior spiri
 tualiter: a tamen vterqz cecidit.
 Quidam nimis confidunt in dei

miseriordia nihil cogitantes de ei9
 iustitia. Tales sub spe venie mul
 ta peccata committunt sicut adā
 qui consensit vxori sue sub spe ve
 nie obtinende. Omnes tales allo
 quitur dominus Iheremie non o
 dicens Non gloriatur sapiens in
 sapientia sua quantum ad pmos
 a non gloietur fortis in fortitudi
 ne sua quantum ad secundos. et
 non gloietur diues in diuicijs su
 is quantum ad tertios. Sed in hoc
 gloriatur qui gloriatur sciētia nos
 se me. quia ego su; dominus. qui
 fatio iudicium a iustitia; in terra
 quo ad quartos qui ipsum delēt
 cognoscere non tantum misericor
 dem sed etiam iustum iudicem.
 Quarto amittitur per ignorantia
 am a hoc notatur cum dicitur. Et
 non cognouerunt parentes eius
 a cetera. Si enim eum cognouis
 sent nunq amississent. Sic pecca
 tor sepe Christum suum saluato
 rem amittit quia suum peiculum
 nō cognoscit. Psa. v. Propterea
 captiu9 duct9 est popul9 me9: qz
 nō habuit scientiā. Nulla piculosi
 or infirmitas qd illa que nō senti
 tur. Peccator enim infirmus est
 vsqz ad mortem a tamē hoc non
 cognoscit a ideo medicuz nō req
 rit. Est enim sicut freneticus qui
 ridet a parentes plorant. sic pec
 cator letatur: a angeli lacriman
 tur Psa. tricesimo tertio. Angeli
 pacis amare flebant. Et etiam si
 cut istargiacis: cui somnus suus

videtur esse dulcis et est mortalis
Job. xx. Si dulce fuerit malum in
 ore eius: abscondit illud a te. Tales
 sunt similes illi de quo legitur in
 Barlaam. q. ad ramum arboris pen-
 dens et sub se habens voracitatem
 draconum ac serpentum. comestioni
 faui mellis de ramo pendentis se
 dabat: et de suo periculo non cogi-
 tabat. **Secundo** sunt quedam per que
 amissus ihesus recuperatur. Et illa
 sunt quatuor contraria predictis. **Pri-**
mo recuperatur per mundam gau-
 dii exclusionem: quod notatur. cum
 dicitur. Dolentes querebam te.
 Sicut enim inepta leticia ihesu fa-
 cit perdere. sic salubris tristitia ip-
 sum facit inuenire. **Beati.** Quomodo
 te inueniam bone ihesu in gaudio:
 quem mater dolens vix inuenit.
Job. vlti. Mala stabat ad monu-
 mentum foris plorans quod plorauit
 ipsum inuenit. **Jerem. vi.** Ludum vni-
 gemiti fac tibi plandum amarum.
Nullus speret se posse inuenire gau-
 dendo: que mater vix inuenit do-
 lendo. **magdalena** lacrimando om-
 nes tanquam unigenitum lugendo. **Se-**
cundo recuperatur per cordis paci-
 ficacionem quod notatur per hoc quod
 dicitur iherusalem quod interpreta-
 tur visio pacis. redierunt qui enim
 christum amisit per cordis turbationem
 recuperare potest per mentis paci-
 ficacionem. **Deus** enim cum sit amator
 pacis non habitat nisi in corde pa-
 cifico. **Ps.** factus est in pace locus
 eius. **Hinc** est quod ymago hominis non

Quod ihes amissus
 recuperatur

aspicitur in aqua turbida vel
 mota sed in aqua limpida et qui-
 eta siue tranquilla. quia deus non
 videtur a corde turbato sed paci-
 fico et quieto. **Hinc** est quod aposto-
 li spiritum sanctum ceperant sedentes
 et a tumultibus quiescentes. **Tercio**
 recuperatur per deuotam orationem
 quod notatur per hoc quod maria fili-
 um suum recuperauit in templo: quod
 erat domus orationis. **Matth. xxiii.**
Domus mea: domus orationis voca-
 bitur. **Deus** enim amittitur per peccatum
 quod fit per ignorantiam: sicut cum ami-
 sit paulus quod dicit. **1. Thim. ii.** Igno-
 rans feci in incredulitate mea. **Ali-**
quando per peccatum quod fit per huma-
 nam infirmitatem: sicut amisit eum
Petrus. qui dum mori timuit: christum
 negauit. **Aliquando** per peccatum quod
 fit per certam malitiam: sicut amisit
 eum **dauid** qui per adulterium et ho-
 micidium eum amisit. **Sed** omnes isti
 per orationem eum recuperauerunt.
Na paulus tribus diebus et tribus no-
 ctibus orauit. **Vnde** dixit dominus ana-
 nie **Actu. ix.** Ecce enim orat. **De Pe-**
tro dicitur **Matth. xxvi.** Egressus
 foras fleuit amare. **Dauid** enim
 orauit tribus sillabis per hoc misit
 cor diam. **peruenit** dicens. **Peccaui**
Quarto recuperatur per completam sa-
 tisfactionem quod notatur per hoc quod
 ihesus post triduum inuenit. **Pri-**
ma dies est contritio. **secunda** confessio.
tertia satisfactio. **Ser. iij.** **Ibimus**
 viam trium dierum ut sacrificemus do-
 mino deo nostro. **Tertio** sunt

Quod ihes recuperatus custodit

publicanus d. d. p. l. o. m. a. d. a. r. u. m.
 meruit ut hinc prius d. d. p. l. o. m. a. d. a. r. u. m.
 h. u. p. f. i. a. t. y. d. d. o. m. i. n. o. p. i. d.

quebam p que ihesus recipatus
 custoditur vt semp nobiscum in
 habitare dignetur. Ipse aut ha
 bitat in descensu in nazareth. cu
 maria a ioseph. Vnde dicitur. Et
 descendit cu eis: a venit nazareth
 Habitat quidem in descensu a in
 valle humilitatis. Vn ps. Val
 les a humiles abud abut feumē
 to. De quo dicit Job. xij. Nisi gra
 nu feumentū cadens in terraz ac.
 Habitat in nazareth in flore pu
 ritatis. Psal. Tu aut in sado ha
 bitas. Sandū id est qd pur Cā
 tico. pri. Ego flos cāpi. qz diligit
 florem puritatis a hūū oualkium
 Ecce quia diligit vallez humilita
 tis. Habitat etiā cum ioseph. s. in
 illis in quibz est augmentū sādī
 tatis. Psal. Ibūt de virtute in vir
 tute. Habitat etiā cū maria a cu
 illis qui habent lucē fulgide cūsa
 tionis. qz maria illustrat rix inter
 pretatur Math. ij. Luceat lux vrā
 corā hominibz vt videant op a ve
 stra bona ac. De em est lux. p. Jo
 hā. p. De em lux ea tenebre in
 eo nō sunt vllē a iō non habitat
 cū tenebris. qz lux cum tenebris
 stare nō pōt. ij. Corin. vi. Que sōi
 etas luci ad tenebras ac.

Sequitur sermo tertius eius dē.

Pater tuus a ego dolentes
 querebam te ac. vbi fu
 pra. Multi sunt qui xpm
 queunt a non inueniūt. qz non q

erant eum suo tempore: suo loco a
 modo. Querendz est enim primo
 suo tempore. quia post triduum
 est inuentz. Prima dies est dies
 ante legē a tunc patriarche cum
 queherūt a eum inuenire non po
 tuerunt. Vnde dicebat vnz eoruz
 exodi. iij. Obsecro te domine mit
 te quem missurus es. Secunda di
 es fuit dies sub lege a tūc pphē te
 eum queherunt: a eum inueni te
 nō potuerunt Vnde vnus eorum
 dixit. Psa xliij. Vanam discum
 peres celum a descenderes. Tertia
 dies fuit post legē scilicet tempz
 gratie Et in ista die si ihesus que
 ritur inuenitur. Psa. lv. Querite
 dominū dū inueniri potest. Quar
 ta dies erit dies post hanc vitam
 a tunc damnati eū inuenire non
 poterunt quātumcuqz eum que
 rerent Sicut enim ille qui sic? vel
 vuas extra tempus quereret nō
 inueniret. Sic illi qui extra tēp?
 presens deum querunt: inuenire
 non possunt. Johannis septimo.
 Queretis me a non inuenietis: a
 vbi ego sum vos non potestis ve
 nire Damnaati enim dominum no
 steum ihesum christum inueniet
 tanqz iudicem seuerum: sed nō in
 uenient eum tanqz patrem miseri
 cordem a benignum. Legitur. ij.
 Reguz. xliij. qz absalon regem da
 uid vsqz ad annum tertium inue
 nire non potuit. In quarto autez
 anno ipsum inuenit: sed etiam cū
 tribz lanceis ipse vulnerat? fuit.

Homo quidem deum nō inuenit
tempore legis nature: nec tempo ē
legis scripte. sed tantū tempo ē le
gis gratie. In quarto autē die. s.
in tempe post hanc vitā mali deū
non inuenient ad penitentiā: sed
tantū ad penā qui tunc tribus lan
ceis vulnerabuntur. Vna lancea
vermis conscientie. Secunda est ig
nis ieheme. *Psalmi. lxxvi.* Vermis
eorū non morietur. et ignis eorum
non exstinguetur. Tertia lancea ē
priuatio visionis dīne. *Psalmi. lxxvi.*
secundum aliam translationē Tollatur
impius ne videat gloriā dei. Secun
do querendū est suo loco. Ioseph
autē et maria non potuerunt ipsum
inuenire ad seipsos nec in comita
tu hominū mundano: nec inter
cognatos et notos sed in templo
domini siue dei. Est enim quadru
plex amor scilicet proprius vel priua
tus. mundanus. domesticus. et di
uinus. Non potuerunt igitur Ioseph
et maria ihesū inuenire apud
seipsos. Non inuenitur in amore
proprio vel priuato. Talis enim
amor sui est valde periculosus: quia
multorum malorum est effectus
secundum *Thimo. quinto.* Instabunt
tempora periculosa et erunt homi
nes seipsos amantes. Secundo nō
inuenitur in comitatu hominum
mundanorum: quia non inueni
tur in amore mundano: sed potius
mundus ne inueniatur impe
dit. *Iohā. quarto.* Spiritus verita
tis quem mundus non potest cape

re. Et inuēsum perdere facit: quia
est sicut saccus perustus *Aggei. p.*
Qui merces congregauit et misit
eas in saccum perustum. Tertio
non inuenitur inter cognatos et
notos: quia non inuenitur in amo
re domestico id est in amore parē
tum. Unde beatus Bernardus. Quo
modo bone ihesu te inueniam in
cognatos meos qui iter tuos mi
nime es inuentus? *Deu. trigesimo
tercio.* Qui dixit patri suo et matri
sue. nescio vos. et fratribus suis ig
noros illos. et nescierunt filios su
os: hii custodierunt eloquium tu
um et pactum tuum seruauerunt
et inuidia tua o iacob et lege tua
o israel. Inuenitur autē in tem
plo dei in amore spiritali et diui
no *Iohā. quarto.* Si quis diligit
me: sermonem meum seruabit et
pater meus diliget eum et cetera.
Primos igitur tres amores relin
quendos. et quartum retinendū
nos amonet dicens *Lucei. deci
mo quarto.* Si quis uenit ad me
et non oderit patrem suum et ma
trem suam. Hoc refertur ad domo
stium amorem. Parentes enim obi
endi sunt quādo sunt mali vel quā
do filios a seruitio dei auertunt.
Quia sic dicitur *Mathei. quarto.*
Inimici hominis domestici eius. Se
quitur. Et adhuc autem et amat
suam. Hoc autē refertur ad amo
rem proprium et priuatum. Nul
lus enim debet diligere animam
suam. hoc est animam suam

a vitam suam: sed eam obire. Jo
 ha. xiii. Qui odit animam suam in
 hoc mundo: in vitam eternam cu
 stodit eam. Sequitur Et qui non
 haulat crucem suam. hoc refertur
 ad amorem mundanum Ille enim
 crucem haulat: qui cum paulo di
 cere potest. Mihi mundus crucifi
 xus est. a ego mundo. Sequit. Et
 venit post me. hoc refert ad amo
 rem spiritualem a diuinum Venit in
 q post me non amando terrena:
 sed desiderando celestia. sicut ego
 amo a desidero. Non sicut ad a q
 terrena dilexit a celestia deseruit.
 i. Corint. iij. Primus homo scilicet
 adam de terra terrenus Secundus
 homo scilicet christus de celo cele
 stis. Tertio querendus est suo
 modo: qui quidem modus est tri
 plex. Primo quidem queri debet
 formaliter: quod notatur in eo qd
 dicitur. Pa. x. tu a ego. Ioseph
 enim interpretatur augmentum
 a signat opera bona que semper
 debent augeri. Maria autem inter
 pretatur illuminatrix a signat fi
 dem que est mentis illuminatio.
 Maria etiam interpretatur stella
 maris a signat caritatem. Sicut
 enim ceteris stellis occidentibus
 illa non occidit: sic ceteris virtu
 tibus deficientibus caritas non
 deficit. prime Corinthio. decimo
 tertio. Caritas nunquam excidit. Cu
 tali enim societate ihesus est que
 tendus a inuenitur scilicet cum fi
 de vera operatione sollicita. a cal

tate succensa. Si autem aliqua illa
 rum defuerit: christus inueniri non
 poterit. Nam sine fide opera deo
 non sunt accepta. Debreo. primo
 Sine fide impossibile est placere
 deo. fides autem sine operibus mor
 tua est. Jacobi primo. Sicut enim
 corpus sine spiritu mortuum est
 ita a fides sine operibus mortua e
 st. fides autem a opera sine caritate
 sunt inutilia. prime Corinthio
 decimotertio. Si distribuero in ci
 bos pauperum omnes facultates
 meas: caritatem autem non ha
 beam nihil mihi prodest a cetera
 Secundo debet queri lacrimabili
 ter. quod notatur ex eo qd beata
 virgo maria dixit. Dolentes que
 rebamur te. Triplici enim de cau
 sa sic beata virgo maria dolebat
 quia secundum Origenem timebat ne ip
 sam deserens ad celos redisset.
 Secundo ipsa beata virgo Maria
 timebat secundum aliquos ne longe
 ad remotas partes abisset a alijs
 nationibus predicaret. Tertio
 ipsa beata virgo Maria timebat
 secundum glosam ne in manibus suc
 cessorum herodis deuenisset hys
 tribus de causis sancti viri eum
 sepe lacrimabiliter querunt. Pri
 mo querunt eum cum lacrimis de
 uotionis. quando scilicet solita
 deuotionem ad tempus eis sub
 trahit. a quodammodo eos dese
 rens in celos ascendit cuius reuer
 sionem sancti viri desiderant cum
 propheta dicentes. Redde mihi

leticiā salutaris tui. Secūdo cum
 querunt cū lacrimis contritiōnis
 quas fundunt ppter peccata que
 aliquando omiserūt ppter que se
 ab eis totaliter elōgauit. Proū.
 xij. Longe est domi⁹ ab imp⁹ ijs
 ps. Longe a peccatorib⁹ salus.
 Tercō cum querūt cum lacrimis
 cōpassionis quas fundunt p mi
 serijs a malicjs pccōz qui ihesū
 i manu herodis v demois tradūt
 a quantū in eis est occidūt. He
 bre. vi. Rursū crucifigentes in se
 metipsis filiū dei. Tercō debet q̄ri
 desiderabiliter qd notatur cū dici
 tur. Querebam⁹ te a nihil aliud
 extē te qz ip̄sū habētes in ip̄o om
 nia possum⁹ Sapiē. vij. Venēūt
 mihi omia bona piter cuz illa. s. sa
 pientia dīna. S; illi qui volūt h̄re
 sine ip̄o diuitias: delicias a hono
 res: eūz nō inueniūt s; pot⁹ auit
 tunt. Job. xxvij. Nō inuenitur in
 terra suauiter vinentiū v carnali
 um a delitiosoꝝ. Abissus dic̄. Nō
 ē in me humana cupiditas que
 fundū nō habet. q̄a sicut dicitur
 eccl̄. lxxxv. Auarus non implebi
 tur pecunia. Mare loquit̄. nō est
 meuz. s. tumens supbia. Supb⁹
 em̄ ad instar maris semper ostra
 alios feruet sēp intūescit. sēp est
 in motu turbacōis. Psal. lvij. Im
 pius q̄si mare feruens: qd cōmisce
 ri non potest.

Dominica secūda s̄mo p̄m⁹.

Nuptie facte sūt in chana
 galilee: a erat ibi
 mater ihesu q̄c. Job. ij.
 Scdm autē Beda; ihe
 sus nuptijs interesse voluit et sta
 tum matrimoniale mēdācē
 sua presentia. Approbauerat em̄
 primo statū virginalem in eo qz
 de itē m̄gata virgine nasci voluit
 Approbauerat statū vidualem
 in eo qz de āna vidua benedici bi
 gnatus fuit. Nō restabat misere
 statū coniugalem similiter appro
 baret. Et per hoc datur intelligi
 qz in quolibet istorum statū po
 test homo saluari. Sunt tamen q̄
 d⁹ in hjs tribus statibus s̄m le
 dam. Bona est inquit castitas
 coniugalis. melior continentia vi
 dualis. Optima perfectio virginalis.
 Nuptie autē facte sūt: de q̄
 bus in isto euāgelio agit̄. qua
 duplīciter sūt commendabiles
 Commendantur enim a loco a
 conuiuiō: a conuiuiis. a a ministris
 Si quidem in loco notatur magni
 misterij congruitas. In conuiuiō
 magna vim pretiositas. In con
 uiuantibus magna nobilitas.
 In ministris magna strenuitas
 Primo enim commendantur a
 loco in quo celebrare fuerunt. In
 quo notatur magna misterij cō
 gruitas. Quod notatur in eo qz di
 cuntur facte fuisse in chana gali
 lee. Chana enim zelus interpre
 tatur. Est autē nomē ville in p
 uincia galilee: ex quo em̄ nobis